



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

14. De Martyribvs. Polycarpus discipulus Ioannis Euangelistæ. Euse. lib. 3.
cap. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

tum Dei sum, bestiarum dentibus commi-
nuar & subigar, vt panis mundus efficiar
Christi. Euseb. lib. 3. cap. 36. & Irenæus lib. 3.

Quis metus est vester, Pardi seuig³ leones?

Quæ mora? quis tantus vos tenet vsq³ timor?

Quin nostras rabido carnes inuaditis ore?

Et dentes vestri viscera nostra vorant?

Comminuar cupidus vestris hoc dentibus orbē,

Fru mentum Domini nunc subigarq³ Dei.

Panis vt efficiar tibi sic mundatus & albus,

Consersus roseo sanguine Christe tuo.

Hæc dicit sanctus diuino Ignatius ore,

Cum seuis Pardi obijciendus erat.

14. DE MARTYRIBVS. POLY-
carpus discipulus Ioannis Euange-
listæ. Euse. lib. 3. cap. 36.

Passionum Domini participes extite-
runt (martyres) nec dilexerunt præsens
seculum, sed eum solùm, qui pro ipsis
& pro nobis mortuus est, & resurrexit.

Dulcia presentis spreuerunt gaudia seclì,

Duraq³ cum Christo flagra tulere suo.

Hunc Dominum ardenti complexi pectore solum,

Pro nobis quondam qui flagra dura tulit.

Morte tulit nostram mortem, viuusq³ resurgens,

Hic Dominus nobis gaudia leta tulit.

C

*Talia de sanctis Polycarpus rettulit olim
Martyribus, sanctus martyr & ipse Dei.*

15. PAPIAS EIVSDEM DISCI-
pulus cap. 39. de certitudine & ve-
ritate doctrinae Apосто-
licae.

Neq; multa dicentibus, sed vera traden-
tibus auscultauimus, neq; his, qui ho-
minū praecepta, sed qui Domini man-
data memorabant, ab ipsa veritate suscepta.

Quam sit Apostolici praestans reuerentia verbi,

Sic Papias sancto rettulit ore pius:

Non quae multa fuit studium, sed dicere vera,

His habita à nobis non dubitata fides.

Qui praecepta Dei memorarunt sancta fideles,

Dogmata non hominum, quae fugienda pijs.

Dogmate Apostolico tantum est Ecclesia in orbe,

Non hominum inuentis, constituenda Dei.

16. IDEM DE ENERGIA SEV
efficacia viuae vocis, seu mini-
sterij Euangelij.

Non tantum mihi librorum lectiones
prodesse credebam, quantum viuae vo-
cis, praesentisq; magisterium.

Hæc